



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 56. Inter corpora solida non semper aërem aut aquam esse, ad
tex. com. 160.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

posse, neque impedire sensum. Ea enim externum est & seipsum medium. Sed aërem maluit Philosophus & aquam proferre; tum quod naturalia sunt & vitata, non subtili arte aut industria magna conquisita: & aliorum sensuum existunt media, a quibus tactum hoc nomine separavit, quod illi intercedentibus hæc corporibus fiunt. Tum etiam quod in textu III. hæc ipsa corpora probauerat esse non posse tangendi media.

Sicigitur ratiocinatur. Vbi inter duo quæpiam corpora tertium intercedit corpus, illa dici non possunt sese immediatè tangere. Quoniam vt in textu 22. lib. 5. Phisic. definitum est, tangere sese illa existimantur, quorum extremitates sunt simul: vbi verò corpus aliquod interiectum est, cum omne corpus profunditatè quæpiam significet, hoc est non longitudinè modo & latitudinè sed altitudinè quoque, quæ tertia dimensio est tertiæque coniunctæ quantitatis species; interuallū aliquod esse & distantiam necesse est. At inter quælibet duo corpora solida sese tangentia intercedit semper aër aut aqua, quæ corpora quædam sunt; nunquam igitur immediatè se tangunt, neque vllus absque externo medio aëre aut aqua, fit tactus. Argumentationis huius assumptionem accipiens, Quæcumque sese tangunt, in aëre aut aqua sese tangere, ita ostendit. Quidquid humidum est aut vdim (quid autem inter hæc interit, docetur in tex. 14. posterioris lib. de ortu & interitu: nempe humidum illud dici, quod per omnes partes sparsam humiditatem habet; vdim autem, quod in sola superficie humore alieno madidum est) sola humiditas consistere non potest; quoniam qualitas non est sine corpore: verum per aquam aut aërem, quæ corpora humida sunt, humidum aut vdim est. Sed ea, quæ in aëre aut aqua se tangunt, aut in omnibus partibus humorem imbibunt, aut certè eorum extremitates, quibus se tangunt, sicæ non sunt, sed madidæ; vt si duo digiti copulentur in aqua, & extracti aperiantur, vtrinque certumur madidi. Quare cum humiditas sine suo corpore, quod aër est aut aqua, esse nequeat; nimirum alterum horum corporum intercedet. Hoc verò in aëre minus quidem, quam in aqua, manifestum est; propterea quod tenuius corpus tenuiorem habet & conspicuum minus humorem: necesse est tamen idem in eo contingere; quoniam & est corpus humidum, & primò humidum. Et vt tenuius est, sic facilius potest cætera subire corpora, ac sese in minutissimos meatus insinuare. Quod si aër humidior fuerit, manifestius erit humectati in eo corpora: quoniam appposito igne plurimum euaporat, humoremque emittunt, & siccantur. Ergo inter ea omnia, quæ siue in aqua, siue in aëre sese tangunt, aquam aut aërem intercedere necesse est: quorum altero corpore illorum extremitates replete madescant, & cœu interuallū ac profunditatè interiecta separentur. Nullum igitur corpus immediatè tangit aliud: nec minus tactus, quam cæteri sensus, fit per externum medium, aërem aut aquam.

Quod autem attinet ad verba, meritò dixisse cuiuspiam videbitur Philoponus, ea inordinata esse ac perturbata. Nam cum dixisset (dubitauerit autem quispiam) in postremum locum dubitationem coniecit. Ea enim est dubitatio (si vdim tangit vdim.) itaque hoc modo videbitur disponenda oratio (dubitauerit autem quispiam, si vdim tangit vdim) & post subiungenda dubitandi ratio (si quidem omnia

A corpus profunditatem habet, &c.) quare aut liberiorum incuria verborū series immutata est & perturbata oratio: aut si à Philosopho ita fuit ordinata & scripta, mirum non videatur; quoniam sæpè rationem prius proposuit, ac demum quorsum eam proposuit, ostendit. Et ne idem sæpius repetat, compendioso vtens, non antea conclusionem proponit, quam ratiocinando velit colligere, sed solum ratiocinatione eam concludit. Atque ita hoc loco factum fuisse existimari potest. Quamquam minimè opus est ordinem orationis mutare, neque postrema illa verba velut propositam dubitationem aut argumentationis conclusionem accipere. Satis enim dubitatio proposita fuerat & explicata, cum in aqua probauerat immediatè corpora non se tangere.

Sed tota illa postrema sententia (latet autem magis nos, sicut & quæ sunt in aqua animalia, si vdim tangit vdim) à superiori argumentatione separanda erit. Duplexque fuerit interpretatio. In altera, siue illa verba (si vdim tangit vdim) ad nos referamus; siue ad animalia, quæ sunt in aqua; eadem sententia constabit: quæ cum ex aqua & aëre argumentum adduxisset, subiecit, nobis, qui in aëre viuimus, minus esse manifestum, an in aëre vdim immediatè tangat vdim, an verò aëre interiecto: sicut & animalibus, quæ in aqua degunt, ignotum est, an intercedat aqua. In altera referentur ad nos eadem illa verba, eritque hic sensus: latet nos, an quemadmodum animalia, quæ sunt in aqua, non immediatè, sed aqua interiecta, se tangunt; sic in aëre vdim tangat vdim aëre intercepto, an vero immediatè. Hoc autem nos latet; quoniam aër tenuior est, quam aqua, minusque corporibus adherescit. Ita nimirum interpretatus est Auerroës. Sed vtrouis modè interpretaris, necesse non erit aut verborum seriem inueterare, aut obscuritatis & perturbatæ orationis Philosophum accusare.

DIGRESSIO LVI.

Inter corpora solida non esse semper aërem aut aquam.

Superiorem Philosophi argumentationem non eodem modo interpretes omnes acceperunt. Auerroës enim, tum in hoc, tum in 115. Comment. cum credit omnino ita sensisse; nobisque persuadere voluisse, corpora solida immediatè nunquam sese contingere; sed aërem vbiq; aut aquam intercedere. Atque ita rem sese habere, magno pre contendit aduersus Themistium; qui nec ita esse, nec Aristotelem affirmando, sed disputando argumentatum fuisse, argumentationemque tanquam leuem neglexisse dixerat. Philoponus autem eum quidem serid probasse iudicauit; secus tamen esse multis modis demonstrauit. Ac demum Simplicius totum hunc locum voluit dubitationem continere, quæ tactum quoque per externum medium fieri ostendatur: non quod semper ita sit; sed vt ostenderetur, etsi interdum ita eueniat, tactum tamen à cæteris differre sensibus. Id autem cum dixisset in tex. 114. & 115. quod in cæteris sentitur procul & per magnum medium; hocque prius mouetur, quam sensus: in tactu non nisi propè & per exiguum in sensu: quæ corpus, quod simul cum sentiendi organo afficitur.



Ego verò Themistium arbitror hunc locum optimè interpretatum fuisse. Nam serò Aristotelem probasse, intercedere semper aërem aut aquam, Philopono assentiri nequeo: neque credere, tam sapientem, tamque oculatum Philosophum in re tam manifesta tam turpiter hallucinatum fuisse. Simplicij autem sententiam eatenus rejicio, quatenus consequentem textu 114. de medio externo, si non semper, interdum certè in tactu intercepto exponit; quem de medio potius interno & coniuncto intelligendum esse opinor. Postremo minime audiendus est Auerroës, dum inter solida corpora aërem semper aut aquam esse inculcat. Etenim ut mittam improprie minusque verè dictum iri, solida corpora sese contingere, si ut est in textu 22. libri quinti Physicor. contingere sese ea dicuntur, quorum extremitates sunt simul.

Cælestium orbium contactum immediatum esse, certum est: Quodnam enim inter illos intercedat corpus? Et in his inferioribus eodem modo, si corpora sunt omni ex parte polita & æquabilia, ita ut exactè quadrant superficies nec vacuum vllam cauitatem relinquunt, Aërem omnem & aquam excludent. Hæc enim solidis corporibus resistere nequeunt. Sicut cum in amphoram aëre plenam aqua conijcitur, totus egreditur aër: etsi solidum quidpiam ingereris, egreditur aqua. Multa etiam sunt, quæ ita coniunguntur, ut adherescant: quemadmodum emplastra corporibus nostris admota, clavi lignis aut parietibus infixi, securis impacta ligno, plumbum aut stannum duo quæpiam solida coniungens, aurum & argentum aurificum arte consolidata, charta aut ligna glutine copulata, arborum rami arboribus alijs inferti atque in vnam coalescentes arborem, lateres in muris & aedificijs instructis cum calce coherentes, aliaque id genus complura: quæ haud dubiè tam firmiter non cohererent, immò labore nullo separarentur, si aër aut aqua intercederet. Inter secantem autem terram & lignum; inter sciendentem cultrum seu vulnerantem gladium, & corpus cissum aut vulneratum aut transfossam; Inter nouaculam & pilos; inter malleum & clauum seu incudem; inter virgam aut baculum percutientem, corpusque percussum; inter digitos & cæraforum nucleos vi extrusos; quis aërem credat esse medium? Nec secaret serra, nec culter scinderet, nec vulneraret gladius, nec aliorum quidpiam omnino fieret. Et cum vnum corpus solidum trudit aliud aut impellit, quomodo per interiectum fluidum corpus truderet aut impelleret? Id enim propter duritiem fit & resistentiam; neque à fluido & cedente proiectum solidum potest. Quis verò tormenta bellica aëre dicat intermedio demoliri mœnia atque euertere; aut malleum trudere clauum, incudemque quaterere, aut dentes terere cibum? Lapides, qui vel in superficie terræ visuntur, vel interioribus partibus continentur; tamque ingentia aedificia, quæ sustentantur in terra; an non immediatè terram tangunt? quomodo enim ibi sit aër, qui aut ad superiora sponte non exiliat, aut corporum mole aut pondere non extrudatur? Quis eum credat tantam molem & pondus sustinere, aut impedire contractum? Dum lapis ex alto caderet, tanta aëris vastitas motum prohibere non potuit; minimus nunc quispiam

aër prohibeat? In captis, alijs, & fructibus omnibus, nonne immediatus est partium contactus inter arborum corticem & truncum; inter malleum plurimos, qui animalium corporibus continentur; inter carnem & ossa, aliaque similes partes, quis aër quælibet aqua esse possit? Et verò si inter aërem quæpiam corpora aër quipiam interdum sit aut aqua, nonne tantopere comprimi possunt & compelli, ut aër omnis & aqua excludantur? Ut si manu callum præmam, ensẽ, malleum, baculum, nonne si quidpiam intercedat, dum ea moneto aut vehementius ago aut vibro, manu per sepe caderent? Sonum etiam voluit Philosophus videri inter solidorum corporum percussione atque intercorporum collisione & protrusione fieri. At nisi ea corpore se contingant, quomodo collidentur aut promouentur aër? Quomodo tremet campana & quidem percutitur omnibus? Dum digitos accuratè compressos aut est pugnum in aquam injicimus, res ipsa loquitur, cum inter corpora sese tangentia haud quaquam se minuare. Quippe apertos digitos voluimus manus extensam minime maduisse conspiciamus. Neque verò esse aërem, argumento certo concludimus, quod si exiliuisset ex aqua, si vllus ibi fuisset. Nam ergo dum in aëre quoque coniungimus digitos manumque totam in pugnum contrahimus, totus egreditur aër, & immediatus fit contactus.

At si digiti manusue aqua maduerint, non videtur immediatus esse contactus, totaque exigitur aqua. Quoniam dum rursus aperiantur, manum nihilominus conspiciuntur. Philoponus huic quoque contendit immediatum esse contactum, quæpiamque, digitis compressis aut manu, intra poros carnis, quæ rara est & mollis, totam suscipi, ac rursus dilatatis ijs diffundi ex poris atque in extremitate carnis apparere. Hoc ita esse, credi potest; sed tamen non minus fortasse verè respondimus, hoc inter aërem & aquam interesse, quod aër corporibus nostris non adherescit, adherescit aqua. Quare dum comprimuntur digiti, totus egreditur aër: at non tota aqua, sed ea sola, quæ sensibilem faciebat molem; eaque pars tenuissima remanet, quæ carni adhæsit, postque madidam rursus oculis nostris repræsentat.

Non enim contendimus contactum omnem solidorum corporum semper & vbiq; immediatum esse; sed quemadmodum duo corpora humida, ut aër & aqua; & vnum humidum & alterum solidum, ut aqua & caro, sese immediatè tangunt; ita duorum quoque solidorum corporum immediatum esse posse, esseque per se contactum. Interdum autem esse mediatum, tum in humidis, tum in solidis, manifestum est. Propterea Philosophum credo proposuissè illam dubitationem de aëre aut aqua inter solida corpora semper & vbiq; inter acceptis, tanquam aperte falsam & cum sensu ac ratione pugnantem, penitus contempsisse, æque in ea diluenda immorari & inchoatam tractationem retardare voluisse. Nam experientia ipsa satis demonstrat & falsa esse coniunctur. Voluisse tamen eam proponere; quoniam ad id pertinebat, quod ageretur, num sensus omnes externo viderentur medio, eodemque omnes operentur modo.

Quod autem quidam dixerunt, immediatum quædam esse contactum, si corpora per vim coniunguntur; at si copulentur sensum, aërem semper aut aquam interponi: ex nimio erga Auerroëm affectu profectum.

1481 Idcirco enim in illis opus est prius moueri medium, & a medio affici sensum. In his autem simul fit uterque motus. Illę. censetur motus mediatu: hic immediatus quia est medium intercedat, illud tamen coniunctu est, & simul cum sensu mouetur.

Non ignoro, Themistum secus hunc locum interpretatum fuisse. Atque in tribus prioribus sensibus dixisse nos moueri a medio, hoc est medium non moueri & affici ab obiecto, sed per medium organa nostra & sensus: in tactu autem & gustatu & medium & sensum alterari simul & pari. Verum quod ad medium in illis externum, in his internum distinguendum attinet, perinde est: & in tactu carnem velat clypeum ipsemet interpretatur. Quoad rem ipsam autem, neque ita est vt dicitur; neque Aristoteli consentaneę dicitur. Sanę non albescit, neque nigrescit, at illuminatur, sonat, odoribus repletur. Nec solum eas qualitates suscipit, sed vere etiam ab illis nominatur. Et lumen an non ante definitum est esse actus perspicui vt perspicuu est: & color esse motius eius, quod est actu perspicuum hoc est illuminati medij & sonus esse motus aeris resiliens a leuibus: ac demum in lib. de sensu & sensili, odor esse actus aeris aut aquę, vt lanatiua sunt & deterfua. Ita enim re ipsa illuminatus, sonans, & odorans, nostros permouet sensus. Coloratus autem etsi non dicitur, colorum tamen specibus susceptis mouetur & patitur. At neque medium neque organum tactus alteratur, nec nominatur a grauitate, leuitate, asperitate, lenitate, duritie, mollitudine, & alijs similibus qualitatibus, quas tangit. Neque Philosophi sermo est de appellatione, sed de motu. Neque in eo sensilium differentiam facit, quod nomen medium, vel non nominent: sed quod prius aut simul moueant, tum medium, tum organum; quodque organum aut immediate a medio, aut ab obiecto permoueatur. Cuius diuersitatis ratio ex ijs petitur, quę antea tradita sunt: quod inquam in quibusdam medium fit nobis conuenientum, in alijs separatum & distitum.

Quocirca neque Philoponus audiendus est, si hec spectare velit alteram eorum argumentationem diluendam, qui carnem ostendebat organum tactus non esse. Quoniam si per medium externum sentiret caro, nequaquam illa huius sensus proprietate seruaretur, qua distinguitur a ceteris; vt tangendo, hoc est nullo interposito corpore obiectum suum percipiat. Tum quia vt in superiori quoque Commentario adnotauimus, non esset opus Philosopho in huiusmodi obiectioinum solutione laborare. Tum quia prima contextus verba satis ostendunt, inchoatam sensuum comparationem eum prosequi. Et cum eo dixisset conuenire, quod omnes sciant per medium; sed in eo differre, quod aliqui procul obiecta sua percipiant, alij non nisi prope: & ideo in illis medium sit manifestum, in his nos lateat: aliam nunc differentiam ac diuersitatem exponit: Quę nominatur quidem esse in motu, qui fit per medium; sed re ipsa diuersam quoque medij rationem significata: nempe in illis esse externum medium, in his internum & coniunctum: sicut clypeus cum gestatur, coniunctus est, & ideo simul mouetur. Itaque paulatim & sensim progrediens, primum deduxit nos ad hęc media intelligenda, eorumque vim & naturam dignoscendam. Deinde etiam ad ea ipsa nominanda. Nam primum dixit, eorum alterum esse amplum & manifestum, alterum exiguum & incognitum. Deinde alterum ab

A obiecto motum mouere sensum, alterum simul cum sensu ab obiecto moueri. Tandem in sequenti textu alterum dicit esse aerem aut aquam, alterum carnem in tactu, vel in gustatu linguam.

Ceterum meminisse oportet hoc loco, tactile obiectum bipartitum esse. Nam partim constat primis qualitatibus, calore, frigore, humore, & siccitate: partim alijs secundis, quę secundum has in corporibus insunt; grauitate & leuitate, asperitate & lenitate, alijsque pluribus. Quoniam in vtrisque quidem verum est, simul moueri sensum & mediu: at non eodem modo. Quod illa ipse qualitates non eodem modo agunt, siue in sensum, siue in medium. Principes enim illa reali alteratione agunt, animalis temperamentum immutando, reque ipsa tum carnem, tum organum afficiunt, & nominant calidum frigidum, humidum, siccum. Reliquę non alteratione, sed motu potius & impulsu; dum graue deorsum trahit, leue sursum impellit, asperum inaequalitate partium pellit, aut etiam lacerat, leue non item, molle facile cedit tactui durum non cedit; eodemque modo cetera, in quibus non alteratio aut qualitas vilius productio (quę enim ab illis producat) sed motus quispiam agnoscitur, simulque in medio, & organo; vt clypei exemplum confirmat: in quo & percussio est & motus isque tum in clypeo, tum in homine simul factus. Fortasse autem hoc potissimum exemplo vsus est Philosophus ad hoc alterum tactilem qualitatium genus, in quo res obscurior erat, explicandum.

Intelligendum tamen est, simul tempore, non natura, moueri sensum & medium. Quia si sensus moueri nequit nisi per medium; omnino medium necesse est natura saltem prius moueri. Idem in aspectu quide verum est, quem in lib. de sensu & sensili affirmabit eodem Philosophus, non tempore, sed momento operari. At id non oritur ex natura medij; sed aut sensus, qui immaterialis maximę est: aut obiecti, quod aut non multiplicatur per medium, aut certe non re ipsa, sed per intentionalem speciem, vt colores; aut momentaneam prorsus multiplicationem habet, vt lumen. Ex parte autem medij esset potius tempore. Quoniam cum sit externum & separatum, moueri prius deberet, quam sensus. Quam ob causam ab aspe & abilibus quoque hoc loco dixit prius moueri medium, quam sensum; quia solum medium considerabat, ex cuius conditione fit, vt in solis tactu & gustatu fiat simul motus; quoniam medium coniunctum sit, vt clypeus neq. moueri possit, quin simul organum sensus moueatur.

Immo ne in his quidem videtur id esse vniuersę verum. Quippe in illis quidem qualitatibus, quę per motum & impulsu sentiantur, id ita est. At in principibus illis quatuor, quę alterando mouent, necesse est prius alterari carnem, quę est medium, moxque ab hac altera moueri organu. Quare ita erit Philosophi propositio intelligenda, vt in omnibus quide sensibus prius saltē natura moueri oporteat mediu, quam sensus organu: sed in ijs, qui externo videntur medio, ex parte medij, quod separatum est, prius quor tempore moueri mediu; hoc quę si non in omnibus, certe in pluribus eueniret & si quando non ita eueniat, aliunde, id quam ex medio, proficisci. In ijs autem, qui medium internum & coniunctum habent, secus accideret: & in omnibus quidem sensibus, si non circa omnia obiecta. Nimirum propter illorum propriam & specialem conditionem.

Daplen tactilem qualitatium genus.

vt mox dicitur prius mouetur quam sensus.

quod est medium, moxque ab hac altera moueri organu.

1480

Idcirco enim in illis opus est prius moueri medium, & a medio affici sensum.

Non ignoro, Themistum secus hunc locum interpretatum fuisse.

II.

Idcirco enim in illis opus est prius moueri medium, & a medio affici sensum. In his autem simul fit uterque motus. Illę. censetur motus mediatu: hic immediatus quia est medium intercedat, illud tamen coniunctu est, & simul cum sensu mouetur. Non ignoro, Themistum secus hunc locum interpretatum fuisse. Atque in tribus prioribus sensibus dixisse nos moueri a medio, hoc est medium non moueri & affici ab obiecto, sed per medium organa nostra & sensus: in tactu autem & gustatu & medium & sensum alterari simul & pari. Verum quod ad medium in illis externum, in his internum distinguendum attinet, perinde est: & in tactu carnem velat clypeum ipsemet interpretatur. Quoad rem ipsam autem, neque ita est vt dicitur; neque Aristoteli consentaneę dicitur. Sanę non albescit, neque nigrescit, at illuminatur, sonat, odoribus repletur. Nec solum eas qualitates suscipit, sed vere etiam ab illis nominatur. Et lumen an non ante definitum est esse actus perspicui vt perspicuu est: & color esse motius eius, quod est actu perspicuum hoc est illuminati medij & sonus esse motus aeris resiliens a leuibus: ac demum in lib. de sensu & sensili, odor esse actus aeris aut aquę, vt lanatiua sunt & deterfua. Ita enim re ipsa illuminatus, sonans, & odorans, nostros permouet sensus. Coloratus autem etsi non dicitur, colorum tamen specibus susceptis mouetur & patitur. At neque medium neque organum tactus alteratur, nec nominatur a grauitate, leuitate, asperitate, lenitate, duritie, mollitudine, & alijs similibus qualitatibus, quas tangit. Neque Philosophi sermo est de appellatione, sed de motu. Neque in eo sensilium differentiam facit, quod nomen medium, vel non nominent: sed quod prius aut simul moueant, tum medium, tum organum; quodque organum aut immediate a medio, aut ab obiecto permoueatur. Cuius diuersitatis ratio ex ijs petitur, quę antea tradita sunt: quod inquam in quibusdam medium fit nobis conuenientum, in alijs separatum & distitum. Quocirca neque Philoponus audiendus est, si hec spectare velit alteram eorum argumentationem diluendam, qui carnem ostendebat organum tactus non esse. Quoniam si per medium externum sentiret caro, nequaquam illa huius sensus proprietate seruaretur, qua distinguitur a ceteris; vt tangendo, hoc est nullo interposito corpore obiectum suum percipiat. Tum quia vt in superiori quoque Commentario adnotauimus, non esset opus Philosopho in huiusmodi obiectioinum solutione laborare. Tum quia prima contextus verba satis ostendunt, inchoatam sensuum comparationem eum prosequi. Et cum eo dixisset conuenire, quod omnes sciant per medium; sed in eo differre, quod aliqui procul obiecta sua percipiant, alij non nisi prope: & ideo in illis medium sit manifestum, in his nos lateat: aliam nunc differentiam ac diuersitatem exponit: Quę nominatur quidem esse in motu, qui fit per medium; sed re ipsa diuersam quoque medij rationem significata: nempe in illis esse externum medium, in his internum & coniunctum: sicut clypeus cum gestatur, coniunctus est, & ideo simul mouetur. Itaque paulatim & sensim progrediens, primum deduxit nos ad hęc media intelligenda, eorumque vim & naturam dignoscendam. Deinde etiam ad ea ipsa nominanda. Nam primum dixit, eorum alterum esse amplum & manifestum, alterum exiguum & incognitum. Deinde alterum ab

Quod enim ait (illorum vnum quodque) et si aërem solum & aquam nominasset; propterea ait, inquit Simplicius, quod hæc, vt ex tex. 68. & 76. manifestum est, trium sensuum media sunt; non quatenus aër aut aqua, sed quatenus communem habent naturam, & sunt diaphana, dijcha, & diosina; hoc est perspicua, personia, & perodora: Quemadmodum enim hæc elementa, quatenus tres has condiciones habent, quasi facultates colorum, sonorum, & odorum delatrices; aspectus, auditus, & odoratus media euadunt; ita caro & lingua, dum vim habent qualitates tactiles & sapores deportandi medium existunt, non organum, tactus & gustatus. Atque in hoc sensuum omnium analogia seruat. Sed illud est discrimen duplex; quod iam positum est: quorum vtrumque ex eo nascitur, quod aër & aqua sunt media externa & separata; caro & lingua interna & congenita. Quartum discrimen addunt Philoponus & Simplicius aërem & aquam esse media duntaxat; carnem tum medium, tum organum. Quoniam non solum per eam sentit alia interior pars, velut primum & præcipuum organum: verum ipsa quoque sentit, tametsi secundario & tanquam minus præcipuum instrumentum. Quod ipsum fortasse discrimen intelligere possumus ab Aristotele in superiori textu significatum fuisse, cum tactum diceret non moueri a medio, sed simul cum medio: quia scilicet medium congenitum simul cum proprio sentiendi organo tactilia obiecta percipit.

Quinquã duo hæc elementa aër, & aqua, nõ solum medium, sed & quoquo modo organum dicere possumus esse illorum trium sensuum; quippe aspectus organum ex aquis humoribus constat; auris aërem inclausum continet; ac demum odoratus organum vaporem habet ex vtroque mistum. Quare si ita habere se debet caro ad tactum vt aër & aqua se habent ad hos sensus, eam oportet tum mediij, tum organi vim habere & quoniam magis incertum videbatur, an esset medium, propterea hoc maxime probauit Philosophus: non esse inquam organum duntaxat, sicut oculus est organum aspectus; sed etiam medium: neq. solum, vt aër & aqua, sed medium sentiendo patiat. Quod autem ita est organum, vt non sit medium, alia est interior pars. Themistius tamen carnem contendit esse duntaxat medium, non item sentire. Quoniam Aristoteles aperte dixit, eodem modo sese habere carnem in tactu & gustatu, quo se habent aër & aqua in reliquis sensibus; in quibus sanè ita sunt medium, vt nullo modo, nec primo nec secundo sentiant. Et omnino mediij & organisationes nõ solum diuersæ sunt, sed & quodammodo oppositæ. Siquidem medium est id, quod non operatur, sed per quod operatur aliud: organum autem id, non per quod, sed quo immediate operatur quidpiam & sentit. Immo vero carnem non esse organum, sed duntaxat medium, non solum explicauit Philosophus cõparatione illius facta cum aëre & aqua, verum etiam confirmauit ratione. Quam Auerroes voluit esse à destructione consequentis ad antecedentis destructionem. Si caro non esset medium, sed organum, vt in alijs sensibus, ita in tactu, simile positum supra sensum non sentiretur: at sentitur, immo non sentitur, nisi supra ipsum ponatur: ergo ipsa non est organum, sed medium. Melius tamen ad secundam figuram reduxit Philoponus. Obiecta sensilia sensuum organis immediate admoda non faciunt sen-

sum, tactilia, & gustabilia carni & linguæ absque alio corpore interiecto imposita sentiuntur; caro igitur & lingua non organum, sed medium sentiendi sunt, organum autem aliud interius. Rationis huius propositio quo modo intelligenda sit, satis dictum est in Commentarijs ad tex. 73. & 75. & in Digressione ad posteriorem hunc locum: eaque interpretatio ex his verbis rursum confirmatur. Nõ enim alborem, sed corpus album ait positum supra oculum non videri: sicut & in tex. 73. dixerat, id quod habet colorem, & in tex. 75. non odorem aut sonum, sed corpus olens aut sonans. Atque huius rei ratio ex eo loco petenda erit: nõnquẽ satis sit perpetuum & vbique constantem Aristotelis loquendi modum adnotasse.

Ceterum oculi vltimum nemõ cum Themistio id, quod intimum est, hoc est pupillam, dicit. Quo modo enim corpus album immediate admodum pupillæ? Sed id quod extremum, hoc est corneam tunicam, inter quam & coloratum corpus intercedere aërem aut aquam oportet, si aut illud aut aliud quidpiam videri debeat. Idem de sonante atque olente corpore in auditu & odoratu dicendum est. In tactu autem & gustatu non eadem est exterior mediij necessitas. Nam in ceteris ea est, quia sine lumine nihil videmus: nec corpus sonans aut olens, sed sonum aut odorem ab illis profectos, audimus aut olfacimus. Et ideo aërem aut aquam esse oportet, in quibus lumen, sonus, & odor suscipiatur. At in tactu non ita est: sed vt nomen ipsum significat, tangentis corporis & tacti extremitates debent esse simul hoc enim est tangere in tex. 22. lib. 5. Phyl. hæcque ipsa generalis notio in tactu quoque animato & sentiente necessaria est.

Verum generale alteram sensus conditionem & naturam seruari oportuit, quia antea positum est, sensum omnem esse operationem & passionem quandam perficientem, non lædentem & corruptentem. Ea non seruaretur in tactu, si nullum omnino intercederet medium, quo mitior & suauior fieret corporum contactus. Sed obiectum organo immediate admodum læderet plurimum, & cum dolore molestiæque summa sentiretur. Propterea cum externum medium esse non posset, prouidit natura medium internum & animali congenitum. Vt inquam vnã exterior pars, que immediate tangere tur, medium esset, quo interior alia sentiret. Ita nimirum suavis & minimè lædens, sed perficiens, fit tactus, generalisque seruat natura tactus, vt simul sint tangentium extremitates, & sensuum omnium communis conditio, vt per medium fiant, licet alio atque alio modo. Ac demum tactus atque adeo gustatus, qui est quidam tactus, tum sunt immediate, tum per mediũ immediate cõparatione mediij externi, quo ceteri sensus vtuntur: per mediũ, si absolute & perse cõsiderentur. Qua si nõ externo & separato interno certe & congenito vtuntur medio. Ita carnem concludit esse tactui mediũ, hoc est tum tactus tum gustatus, quidam tangendo operatur, tactus quidam est.

DIGRESSIO LVII.
De Organo tactus.

Quod hoc loco Philosophus definiuit, carnem non esse organum tactus sed medium, organum autem interius quidpiam existere, non sine